



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XLII. Markgraf Ludwig d. R. sichert dem Stifte Soldin Abgaben- und Dienstfreiheit in allen seinen Besitzungen zu, ausgenommen seine Beisteuer zur Heerfahrt, am 25. Februar 1353.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XLII. Markgraf Ludwig d. R. sichert dem Stifte Soldin Abgaben- und Dienstfreiheit in allen seinen Besitzungen zu, ausgenommen seine Weistauer zur Heerfahrt, am 25. Februar 1353.

Noverint universi etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. pensantes et considerantes continuacionem et frequentacionem officiorum divinatorum, que fuerunt frequenter in ecclesia nostra collegiata Soldinenfi beatorum apostolorum Petri et Pauli, quam augeri volumus in laudem et honorem omnipotentis Dei, genitricis eiusdem beatissime virginis Marie, dictorum apostolorum omniumque sanctorum ipsius, in remedium salutare animarum progenitorum nostrorum, de maturo consilio nostrorum consiliariorum eidem ecclesie Soldinenfi ac honorabili viro Thiderico Morner, nostro protonotario, Alberto, decano, ac aliis prepositis et decanis presentibus et futuris ac toti capitulo eiusdem infra scriptam gratiam fecimus et presentibus facimus specialem, Quod ipsi et ecclesia Soldinenfis et bona universa ville Silne, Molendina, aquas et flumina et aquas stantes et currentes et alia bona et res, proprietates ac possessiones, in civitatibus nostris sita vel extra, ad dictam ecclesiam pertinentia in antea nullis tallis personalibus et realibus, exaccionibus, precariis, collectis, contribucionibus, quibuscunque nomine censeantur, per nos, heredes nostros et fratres et capitaneos, advocatos aut officiales presentes et futuros perpetue debeant evocari vel infirmari, sed ab eorum donacione et perfolucionem debebunt in antea esse liberi et immunes. Si tamen aliquam petitionem, collectam vel talliam terris nostris omnibus transoderanis communiter inponeremus, quam perfolvent, hanc secundum ratam honorum ecclesie eciam perfolvere non obmittent ac tempore expeditionis et reyse, dicte Hervarth, quam personaliter facimus, illa vice et aliis vicibus, quando personaliter expeditionem facere nos contingit, cum uno curru et III equis solum, quos expeditione et Hervarth completa eis restituere tenebimur, nobis de omnibus bonis ecclesie servient, quando-cunque per nos, ut predicatur, fuerint requisiti, quibus equis eis minime restituti nobis vel nostris heredibus dictum servitium non faciant ullo modo, donec dicti equi eis fuerint restituti. Confirmantes ex certa scyencia omnia et singula privilegia, literas, gratias et donaciones quecunque et quas-cunque data et indulta eis et ecclesie Soldinenfi per predecessores nostros, quondam Marchiones Brandenburgenses, illustrem principem, nostrum fratrem Karissimum Ludovicum seniore, Marchionem Brandenburgensem, et nos, meliori forma, qua valemus, Volentes eas robor firmatis perpetue obtinere. Presentibus G. de Swartzburg juniore, Hassone de Valkenburg, Hassone de Vchtenhagen, Ost, Jo. de Slivenn, Loterpeck, Hen. de Marwitz cum ceteris. Datum Fredeberg, Anno MCCCLIII, feria II post dominicam oculi.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 284.

XLIII. Markgraf Ludwig d. R. bestätigt der Stadt Soldin die Holzungsgerechtigkeit in der Gohynschen Heide, am 2. März 1353.

Noverint universi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludovicus Romanus, dei gracia Marchio Brand. et Lufatie etc., fidelibus nostris Consulibus Ciuitatis Soldyn licenciam